


# Gospel for the Fifth Sunday After Epiphany

Tonus ad líbitum

**D**




Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti




Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. R̄. Glóri-a tibi Dómine.


**I**




-n illo témpore : Dixit Jesus turbis parábolam hanc: Sími-le factum



est regnum cælórum hómīni, qui seminávit bonum semen in agro su-o.




Cum autem dormírent hómīnes, venit inimícus ejus, et superseminávit



zizáni-a in médi-o trí-ti-ci, et á-bi-it. Cum autem crevísset herba, et fruc-




tum fecísset, tunc apparu-érunt et zizá-ni-a. Accedéntes autem servi pa-




trifamí-li-as, dixerunt e-i: Dómine, nonne bonum semen seminásti in




agro tu-o? Unde ergo habet zizáni-a? Et a-it illis: Inimícus homo hoc




fe-cit. Servi autem dixerunt e-i: Vis, imus, et collígimus e-a? Et a-it: Non:



ne forte colligéntes zizáni-a, eradicé-tis simul cum e-is et trí-ticum.



Síni-te útraque créscere usque ad messem, et in témpore messis dicam



messóribus: Collígi-te primum zizáni-a, et alligáte e-a in fascículos ad



comburéndum, trí-ticum autem congregáte in hórre-um me-um.